

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**VI. Liturgiae canorae sive sex missae praemissis decem
solemnioribus**

Königsperger, Marianus

Augustae Vindelicorum, 1743

Widmung

urn:nbn:de:bsz:31-36121

REVERENDISSIME
PERILLUSTRIS
AMPLISSIME
AC
PERQUAM GRATIOSE
DOMINE, DOMINE.



Oncentui meo Angelico Angelum Custodem quero, Patrocinium imploro, quo opus
istud contra adversantium impetus opus habet, & Ecce! ut operi meo decus accrescat,
gratiosas aperit fores & ad sua limina me invitat Speciosa Vallis, ex qua velut terreno è
coelo audivi vocem & symphoniam quasi citharædorum citharizantium in citharis suis
Apoc. 14. V. 2. & Ecce! inveni ANGELUM citharædum citharædorum citharizantium
quasi Rectorem chori Angelici, inveni Präfulem verè ANGELUM, qui cum suis subdi-
tis Religiosis concorditer & consonanter, acsi omnes citharædi essent, semper paratus,
promptus & avidus est ad modulandum hymnos Eucharisticos, & ad Dei Agnique laudes personandum, qui
concordi suo concentu, quod in opere meo diffonsum est, concordabit, quod obscurum est, suâ claritate il-
luminabit, quod incompositum est, ordinata morum omnium compositione emendabit, quod frigidum est,
calore suo fovebit & vivificabit, quod siccum est & aridum, influentiis suis conservabit & vegetabit.

Patere



Patere REVERENDISSIME PERILLISTRIS AC PER QUAM GRATIOSE DOMINE, TU es ille, quem
diligit Musica mea, TE quæsivi ANCELUM & inveni, TU es ille, in quo è varietate virtutum, scientiarum &
disciplinarum mirificus ac suavis simus. Abbatis eruditus cantus nascitur, ipsæ virtutes, quæ ab incunte ætate in
situ tuo adoleverant, novum indices incrementum nactæ sunt, adeò, ut postquam in Speciosa valle pietatem
& observantiam cum ipso Religionis lacte susisti, Abbas ejusdem curaveris exequendum illud Bernardi Pa-
rentis monitum: non tam præesse quam prodeesse; TU es ille, in quo amoenissimus optimi Regiminis concen-
sus exoritur, Chorus tuus multorum vocibus constat, unus tamen ex omnibus sonus redditur, quæ Harmo-
nia à Musicis dicitur in cantu, ea auditur in subdito Tibi Monasterio concordia, adeò ut jure de hoc illud Isaiæ
vaticinum intellexerim: Populum istum formavi mihi, laudes meas cantabit; Isaiæ 43 y 21. nam de eo vide-
tur loqui sanct: Anselmus in Elucid: dum ait: O qualis voluptas auditus illorum, quibus incessanter sonant
Harmoniae cœlorum & Concentus Angelorum, dulcissima organa omnium sanctorum; & quid mirum?
omne opus eorum laus Dei sine fine, sine defectione, sine labore; sanct: Aug: in medit: c. 25. Patere REVE-
RENDissime, plura sunt, quæ me ad te pertrahunt, non tantum qualiscunque sanguinis tecum conjunctio,
de quâ in Domino gloriior, sed etiati innata TIBI liberalissima beneficentia, quæ sicuti plurima in me hucus
que beneficia effudit, ita & certissima in iis unicæ ad huc gratiæ conferendæ pignora dedit; genis tuis parcen-
dum existimo, ne ruebant, parcè loquor, frons ipsa sive operis facies nomine tuo velut stigmate inscripta lo-
quatur; hoc est quod unicè adhuc rogo, non deditur REVERENDissima AMPLITUDO TU A ad me-
am tenuitatem se se demittere, & secundum hunc meum partum musicum cum omnitudine submissionis
oblatum gratos oculis intueri & benignis manibus excipere; pro quâ gratiâ idem usquè ad mortem per-
maneo, qui à limine adolescentiæ meæ, non dicam cognati, sed servi tui Specioso nomine cohonestor.

REVERENDISSIMÆ AC PERILLISTRIS
DOMINATIONIS VESTRÆ

Servus humillimus
P: Aemilianus Hœnninger
in Monast: Neostadiensi Protellus.

